ΑΝΑΣΤ. Κ. Π. ΣΤΑΜΟΥΛΗ
ΤΟΥ ΕΚ ΣΗΛΥΒΡΙΑΣ
ΘΡΑΚΙΚΑ

Ιωαννης Απρηνος ο Καλέκας

Ἰωάννης ΙΔ΄. Ἀπρηνός, Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως.

Le Quien: Oriens Christianus t. I. c. 297 – 300

Post Esaiam Joannes ΙΔ΄. Patriarchatum subiit.

Ab Apris patria dictus Aprenus.

Obscuris parentibus natus, cui Calecae cognomen fuit

Imperatorii cleri sacerdotum unus erat,

Quem quum Joannes Cantacuzenus Imp. promovere in Patriarcham decrevisset, episcopos vero suis votis repugnantes sentiret, Thessalonicae saltem sede, quae vacabat, donari petiit. Tum illis annuentibus scripto decreto quo episcopatu dignus ferebatur, ab illo continuo quaesivit, num qui Thessalonicensi ecclesiae gerendae idoneus esset non item Constantinopolitanae foret. „Si Patriarcha, inquit, quamdam gratiam virtutemque è celestium donorum promtuario acciperet, qua reliqui episcopi careant, valeret illud quod affertis. Sin vero cuncti majorum et minorum urbium episcopi aequalis gratiae participes sunt, honor vero et splendor urbium Imperatorem auctorem habet, ipse perperam si oportidae [illegible] responsionem [illegible], quibus nulla causa Imperator offendatur."

His illi sermonibus, Joannem inviti Patriarcham renuntiarunt, qui mox ab ordinatione sua synodum habuit, cui ipse cum Imperatore praesens fuit. Aderant episcopi complures, proceres Imperii et senatores, vocatusque tunc est Gregorius Palamas cum suis de monte Atho monachis, qui fanaticum de divino lumine dogma cuderant, quod Balaamus Calaber monachus alter acriter impugnabat; ac, si res stat Cantacuzeno fides, lib. 2 cap. II hac in Synodo Barlaam causa cecidit, veniamque petiit eorum quae temere effutierat.

Anno Joannis Apreni primo Christi 1333 Andronico Imp. Graecae Romanaeque Ecclesiae unionem peroptante, episcopi Latini duo Constantinopolim advenerunt, Nicephorus vero Gregoras, oratione ad synodum habita, effecit ne ulla cum eis colloquia miscerentur.

Joannes synodum alteram celebravit, in qua Gregorius Acyndynus Barlaami auditor, eadem quae suus magister praedicans, proscriptus dicitur, editusque pro veteri conciliorum more Tomus est, a Patriarcha et episcopis qui convenerant subscriptus, quo Barlaam quidem iterum damnabatur, Palamas vero non absolvebatur,

sed utrique parti silentium injungebatur ad imperitae plebis vitanda scandala, accuratiore definitione in aliud tempus ampliata.
Tertia post solutum concilium die, Andronicus Imperat. morbo correptus tertia iterum posthac die vespere interiit feria 6 15 Junii Christi anno 1341.

Cantacuzenus, Andronici morte narrata, mox subdit Joannem Patriarcham criminibus quae sibi jactabantur, fidem adhibuisse, adeoque Augustae Joannis Imperatoris matri suggessisse, ut ipsa sibi suisque liberis a Cantacuzeno caveret.
Posthac Joannes Andronici filius Imperii corona ab Apreno redimitus fuit: Joannes vero item Cantacuzenus ejusdem principatus consors factus, apud S. Sophiam Maii 21 a Lazaro Hierosolymitano Patriarcha inauguratus est. Caeterum ob celebritatem istam coactis ab synodum episcopis, Lazaro illo Hierosolymitano praeside, de Joanne Patriarcha actum est, omnesque ab ejus communione abstinendum judicarunt, ejusque nomen e sacris diptychis expunxerunt. Cujus quidem tragoediae auctor erat Cantacuzenus; destitutionis vero vera causa, sive color fuit, quod Palamitarum errores non probaret, quam scilicet post Andronici junioris obitum diligentiore initio examine adhibito tertia synodo vacuata damnaverat. Tomi quidem isto tertio concilio conscriptus est, quo sanctorum Patrum doctrinae Palamitarum nugis contraria esse ostendebatur. Joannes ipse meminit in breviori altero, quem edidit, ubi nomen suum a Lazari synodo e sacris tabulis sublatum dicit. Hunc posteriorem nobis suppeditat Allatius dissert. 2 de libr. Eccl. Graecor. p. 197

Τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ καινὰ αὐτοῦ δόγματα, αἱρετικὰ [illegible] δι' [illegible] παραδείγματα, καὶ τοὺς ἐκδικοῦντας καὶ ἐκλαμβάνοντας καὶ ἐνδεχομένους, τὰ [illegible] κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξήγησιν, μᾶλλον δὲ φλυαρίαν, καὶ [illegible] Θεοῦ [illegible] καὶ ὀρθόδοξον, [illegible] [illegible] διδάσκαλοι, [illegible] ἡμῶν [illegible], καὶ ἀποδεχθέντα [illegible] [illegible] καὶ τῷ [illegible] πάντας [illegible] τοῦτο, [illegible] ὅτι μὴ παραδεχόμεθα, τὰ τοιαῦτα αὐτοῦ [illegible], [illegible] ἀποβάλλομεν [illegible] παραίτη[illegible] τὰ δὲ παρ' ἐκείνων [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] τοῦ [illegible] [illegible] καθυποβάλλομεν, καὶ τῷ ἀναθέματι [illegible]. Ἡ ὑπογραφή [illegible] ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης Οἰκουμενικὸς Πατριάρχης

Atqui synodus illa Joannis Calecae, in qua Palamas cum suo dogmate confixus est, ipsa utique est, quae Isidorum Monembasiae

(ἀποδαυθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

metropolitam electum una quoque confixit, triplicique de causa, tum quia, etsi nondum ordinatus erat, nonnullos de Monembasiae clero ad Ecclesiae munia provexerat, tum quia exortae nuper rebellioni faverat, tum denique quia eadem quae Palamas de Dei operatione sentiebat. Quae tria momenta Ignatius quoque Antiochenus allegarat in suo contra Isidorum Tomo qui datur exte Nov. 1346. habeturque in eadem Allatii dissertatione. Ex Gregora autem comperimus Joannis Apreni synodum illam, ad quam episcopi complures convenerant, coactam fuisse in Ecclesia Apostolorum, ac deinde in monasterio S. Stephani, quum interim Palamitae, Cantacuzeno Principe illis savente, Ecclesiam S. Sophiae tenerent. Cantacuzeni in Joannem odii una haec causa erat, quod quum ipse adversus Imperatorem insurrexisset, communione ab eo aliisque praesulibus ex antonis suggesto privatus fuerat; quam tamen sententiam Patriarcha postmodum revocavit, quum ille Constantinopoli exceptus esset. Cantacuzenus l. 3 hist. c. 3 diserte testatur se nedum promotorem, sed auctorem fuisse destitutionis Joannis, quem haereticae opinionis accusabat, ut pote orthodoxae. Quamquam episcopi complures negarent cum Patriarcham Constantinopoli pelli posse, nisi perversam doctrinam ab orthodoxa valde discrepantem ab eo teneri ostenderetur. Διισχυρίζοντο γὰρ οὐδὲ αὐτοὶ κατὰ γνώμην ἐξῶσθαι τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην, ἀλλ᾽ ὅτι δόγματα περιέχει διαφθοράς, ᾗ πολὺ τῶν ὀρθοδόξων διαλλάττουσι. Ubi autem omnes simul convenerunt, vocatus iterum atque iterum Joannes, judicium declinavit, quod omnia Principis de religione prave sentientis nutu gererentur. Quamobrem ei Patriarchatus abrogatus, editusque Tomus, quo tum Acyndinus cum suis, Joannesque eadem ac ille sentiens proscripti sunt: Παλαμᾶς δὲ ζηλοῦσι τῷ [illegible] ἔχοντας, ἀκόλουθα τοῖς θεοσόφοις θεολόγοις ᾗ λέγουσι ᾗ φρονοῦσι. Haec narrat loco superius appellato ipse Cantacuzenus.

Gregoras vero lib. 15 cap. 4 Joannem addit, ab ea hoc modo ab illa ejectum in Byzantino Palatio vinctum custodiri jussum; paulo post vero vivis excessisse.

Quinque ferme sexagintaque annos natum. Quarto-decimo circiter Patriarcatus transacto, πατριαρχεύσας γὰρ ἔτη ἀκριβῶς τέσσαρα καὶ δέκα, decimo a destitutione sua mense. Obiit itaque circa annum 1347, non 1345 ut putavit Spondanus

(ἀκολουθεῖ σ. 4)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Joannis Calecae Aprei Patriarchae agnatus, ac forsitan Germanus frater fuit Manuël Calecas, illustris ea ipsa aetate scriptor, qui calamum quoque strinxit adversus prava Palamitarum deliria, Romanae Latinaeque Ecclesiae doctrinam contra gentiles suos schismaticos egregie propugnavit, ac demum relictis suis quibus ob Fidei defensionem invisus factus erat, in Italiam migrans, grandaevus jam ordini Praedicatorum nomen dedit

(ἀκολουθεῖ)
σ. 5.

Γρηγορᾶς β. ΙΔ'. κ. Γ'.
Καντακουζηνὸς β. Γ'. κ. ΛΣ'.
Le Quien: Oriens Christian. τ. Ι. σ. 127-8

Nova alia Patriarchae ornamenta.

Sub Joanne Palaeologo I. Imp. Apocaucus Joannis Cantacuzeni aemulus, Joannem Aprenum Patriarcham demulcens, ut ad suas partes traheret, ei imprimis suggessit, ut dignitatem Pontificalem suam novis honoribus augere studeret, ut non atramento, sed cyaneo colore diplomatis literisque suis subscriberet, capitis tegmen laneum in sericum auro intextum mutaret, nec consuetis calceis, sed coccineis uteretur. Μηδ' ἐν ὑπογραφαῖς, μηδὲ καλύπτρᾳ μεγάλῃ χρῆσθαι τοῖς καλαιστρίνοις, μήθ' ὑποδήμασι τετραοινίοις κεχρῆσθαι, ἀλλ' ἐρυθροῖς μὲν αὐτοῖς, σηρικοῖς δέ, [χρυσοῖς τὴν μεγάλην ὑφάσμασι κεχρῆσθαι καὶ τὰ τῶν ἐπισήμων] [illegible] χρῆσθαι· καλύπτρᾳ δὲ [illegible] τῇ ἐκκλησίᾳ [illegible] ἐπισημασίας.

Quod narrat Γρηγορᾶς β. ΙΔ'. κ. Γ'. ubi de Joannis ejusdem Palaeologi Imp. coronatione agit, Quocirca Καντακουζηνὸν β. Γ'. κ. ΛΣ'. Patriarcham Joannem augustiori prodiisse apparatu refert, ad subscriptiones cyaneum caeruleumve colorem adhibuisse, capitis tegmen, quod Patriarchae superiores, qui de monastico ordine assumpti non essent, gestare prius consueverant, linteo albo constans, auro ornasse adjectis acupictis imaginibus Salvatoris, genitricisque ejus, Joannis Baptistae.

Causabatur Apocaucus Constantinopolim à Constantino magno fundatam, translatosque ad eam unà cum Imperio veteris Romae honores, ita quoque ad illius Urbis Ecclesiam Romanae Ecclesiae honores et praerogativas quas Patriarchae Joannis decessores neglexerant.

His suggestionibus Joannes morem gessit, ut tegmen istiusmodi auro intextum et acupictum capiti apponeret, hyacinthinoque colore nomen suum diplomatis subscriberet. Caeterùm à calceis coccineis ~~nomen suum diplomatis sub~~ consulto abstinuit, ob novitatis insolentiam, διὰ τὸ τῆς καινότητος ἦθος.

Sperabat tamen, duobus illis prioribus sibi assertis, tertium quoque sibi facile indultum iri.

Haec verò illi malè cesserunt ait Gregoras, ut, quum honestam illam et optime constitutam auctoritatem cujus erat compos, ad

contrarias regulas torqueret, eo etiam exciderit, quod assequi peroptabat; quia et ipsonet Patriarchatu; ut qui Dominus et pastor esset, nihil subinde à mancipio discreparet.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ